

TABULA XIV. DE UNO.

I. Homonymia, sumitur enim UNUM

I. Prout opponitur pluribus ejusdem speciei five rationis. Quomodo UNUM idem est, quod UNICUM, i. e. cui nihil coëxistit, quod sit ejusdem cum ipso speciei five rationis. Ita DEUS est unus. Similiter UNUS est mediator DEI & hominum, homo Christus Jesus, 1. Tim. II. 5. id est, non sunt plures Mediatores, præter Christum: extra quem nulla est salus. Sic solem dicimus unum, lunam unam, saltim, quia actu non sunt plures soles & plures lunæ, licet plures esse aut fieri, non sit impossibile.

II. Prout aliquid in seipso unum dicitur, five aliud aut alia ejusdem speciei vel rationis dentur, five minus. Quâ notione ENS & UNUM se invicem sequuntur, ut l. IV. Met. c. 2. h. e. quodlibet ens unum, & unum ens est. In præsentī sumitur Unum hōc posteriori modō.

II. Definitio, (β.) UNUM est ens indivisum; quæ desumpta est ex lib. V. Metaph. c. VI. ubi ait Philosophus: *Universa, quacunque non habent divisionem, quatenus non habent, eatenus unum dicuntur*, e. gr. In exemplum sumatur lignum quoddam. Illud sanè quamdiu non divisum, unum esse, statim autem atque disseccetur & dividatur, non manere unum, sed fieri duo vel plura ligna, omnibus hominibus saltim sensuum judicio subnixis evidentissimum est.

III. Ratio formalis UNIUS est indivisio. (γ.) Ubi monendum: *INDIVISIONE* M hīc nec pro purâ negatione, nec præcisè pro privatione accipi, sed tam ex naturâ rei, quàm nativâ vocis significatione ab utraq; abstrahi, cum in aliis privatio sit, in aliis pura negatio. *Quaedam nimirum ita indivisa sunt, ut dividi possint*; sicut substantiæ compositæ, v. gr. homo, equus, itemque omnia continua, ut linea. In his itaque indivisio privatio est. *Quaedam verò ita indivisa sunt, ut ne dividi quidem possint*, sicut substantiæ immateriales, videlicet DEUS, angeli, anima rationalis. In quibus indivisio non privatio, sed mera negatio est.

Per accidens, idque
 1. Quando subjectum & accidens conjunguntur; ut homo Musicus, Polycletus statuarius.
 2. Quando conjunguntur duo accidentia, quæ eidem subjecto insunt; ut Musicus justus, positō, quod hæc duo, esse Musicum & esse justum, eidem homini accident.

IV. Distinctio, ex V. Met. c. 6. quâ unum est vel

I. CONTINUITATE five CONTINUUM, quod diversimodè describi solet. *Vulgus dicit CONTINUUM illud, cujus motus est unus per se, five indivisibilis tempore*, h. e. cujus nulla pars moveri potest, alterâ vel reliquis immotis. *Vulgus enim continuitatem præcipuè ex motu æstimat*. Ita brachium non est continuitate unum, quia anterior ejus pars moveri potest, immotō lacertō. Est autem eâ ratione continuum quid lignum vel lapis, cujus, quandocunque una pars movetur, omnes moveri necessum est.

Philosophi accuratiùs continuum describunt, quod sc. sit id, cujus partes communi terminō (δ) copulantur. Hōc modō & illa, quæ priori descriptione comprehenduntur, ut lapis, tabula, baculus; & alia, quæ eâ excluduntur, continua sunt, ut aqua maris, crus, brachium. Non autem continuitatem habent, quæ solō contactu unum sunt, ut tabulæ, quarum una alteri imposita est, aut corpus & vestis ei circumjecta: multò minus, quæ consequenter tantum sunt, h. e. quæ sine contactu imediatè se cōsequuntur, ut milites in acie collocati.

I. Quæ NATURA sunt continua, magis unum sunt, quàm quæ ARTE. Illa enim in seipsis unitatis principium habent, v. gr. lapis, lignum, animal & ejus partes, ut crus, brachium. Hæc verò unum sunt per aliquid extrinsecus adsumtum, prout glutine, vel clavō vel filō, vel vinculo coherent, veluti mensa, scamnum, vestis, virgarum fasciculus. Quanquam in his quædam fortassis non habent continuitatem, nisi secundum quid, sicut virgæ in fasce tantum contiguæ sunt, & nihil earū præter vinculum, quō continentur, continuum est.

II. Quorum motus est unus per se, five indivisibilis tempore, & ea magis unum sunt, quàm quorum una pars moveri potest, alterâ vel reliquis immotis. Hoc modo magis unum quid est saxum, quàm arbor; cubitus magis, quàm brachium animalis, lignum rectum magis, quàm curvum & tortuosum.

III. Quod ita continuum est, ut simul ad certam formam redactum, adeoq; totum & perfectum sit in suo genere, magis unum dicimus, quàm quod eam formam nondum habet. Ita calceus numeris omnibus absolutus & perfectus magis unum quid est, quàm ubi partes ejus consutæ quidem aliquō modō sunt, sed formam calcei nondum obtinent.

Per se, & quidem

Propriè, quorum substantia (h. e. essentia) est una. Et sic UNUM est

Continua id differunt, quod alia ex iis magis, alia minus unum sunt; idq; pro diversâ eorum inter se comparatione irrisiam.

H

II. Sub

Inter simplicia entis attributa primū obtinet locum UNUM; de quo notetur (α.)